



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

VII. Triplex occurrit Prophetiarum genus in Libris sacris: primum, quod Christum mere respicit; alterum, quod Christum respicit καζά λεξιν, alia κατά χήμα; tertium quod Christum καζά χήμα, alia καζά ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

πάστον ἐπαυρθέντων, καθεις πάσις ὅπερν φασι, οὐ τὸ βάλκημα τὴν θεῖην, εἰρήκουσιν δοτε δὲ contr. Cels.

μυστικότερε τὸν, οὐ πολλούτερε, οὐ ἕχοντα δεωρίτες τὸν ὑπέρ την πάνδημον αἰκονί, τοῦτο  
δι' αὐτούσιον, οὐ αὐτούσιον, οὐ τῷ πολεμούμενον αἰκονί λογον, οὐ τῷ σιναϊζομένῳ πολεμούμενον  
εἰλῶν οὐ παρεμβαντον, ἀποφεναντον οὐ οἱ μη φυραπονοῦτες, ἀλλὰ πάντες πάσιν ὑπὲρ αρε-

τῆς οὐ ἀληθίας αναδεχόμενοι, Κελευστες ἔνεργοι, οὐ ἔνεργοις, οὐ λόγοις αἴρει, οἰκονομού-

σοντοι. Propheta igitur quaecumque auditoribus utilia cognitus, iam inde esse poterant, & mo-

ribus emendandis opportuna, nulla adhibita occultatione, Deo sic volente, prolocuti sunt. Quae-

cumque vero secretora erant, ac iis tantum tradi digna, quibus intima patebant mysteria,

quaque discipline erant reconditionis ac studii, ut pote que vulgarem captum separarent,

hac per obfuscos sermones, per enigmata & allegorias, per parabolas & parvemias explicarunt;

ut qui labori suo non parcerent, sed pro viritate & veritate operam omnem fabre effent

parati, disquisitione adhibita illarum afferuerentur intellectum; coque reserto, quemadmodum

ratio postulat, uterentur. Verba sunt Origenis adversus Celsum disputantis.

VII. Animadvertisendum præterea est Propheterum quasdam unicam admittere interpretationem, qua Christum mere respiciat; cuiusmodi ea est quæ habetur in libro prophetarum genus in Libris sa-  
nono Danielis, quæque venturi Messiae tempus definit: quafdam vero duplici inter-  
pretatione gaudere, alia κατὰ λέξιν, alia κατὰ χρήμα: sive, ut Rabbinice loquar, alia  
ψευδώνυμον, juxta sonum suum, hoc est, litera suæ sensum; alia στρατόν, juxta sen-  
sum suum allegoricum: sive, ut Origenice, alia ψευδώνυμον, alia στρατόν; ha-  
rum autem duplex esse genus, cum alia recta referantur ad Christum, ad alia vero  
oblique; alia contra allegorice pertineant ad Christum, juxta obviām vero &  
simplicem significationem alio spectent. Prioris generis ea est, quæ habetur in spicit γράμμα  
vicefimo primo Psalmo, quamque adnotarunt Evangelistæ: Diviserunt sibi vestimenta  
mea, & super vestem meam miserunt sortem: hoc enim revera & κατὰ λέξιν Christo con-  
tigit, Davidi vero oblique. Alterius generis hoc exemplum suppeditat idem Psalmus:  
Narrabo nomen tuum fratibus meis, in medio Ecclesie landabo te; quæ de se quidem  
David κατὰ λέξιν, de Christo vero κατὰ χρήμα prædictit. Quanquam & κατὰ λέξιν potest  
in Christum congruere. Postremo huic generi duplex inest futurorum indicum, ut  
recte à Grotio observatum est: bis, inquam, vaticinia hæc rem præsignificant; pri-  
mum quidem, cum ipsum editur oraculum; secundum, cum in eo exitum haberet, quem  
directe speclavit. Exemplo erit mox allatum Nathanis vaticinium, quo Davidem  
Deus sic compellat: Suscitabo semen tuum post te, quod egredies de utero tuo, & firmabo regnum ejus: ipse adipiscabis dominum nomini meo. Cum ea enim ad Salomonem directo,  
oblique ad Christum spectent, & per verba hæc Christus primum prædictus est,  
tum cum vaticinum ipsum edidit Nathan; iterum quoque prædictus est Christus,  
per typum, cum ortus est Salomon, ad quem directo spectaverat Nathanis oraculum,  
quemque Christi figuram gerere ostendimus; & cum Templum construxit, quod Ec-  
clesia à Christo adficata imago fuit. Sed de hoc prædictorum genere, quæ sunt  
per figuram, jam supra egimus: quod attinet ad ea quæ sunt per verba, triplicem  
his, totique adeo Scripturæ, inesse sensum docuit Origenes, ut in Origenianis nostris  
observavimus, triplicesque proinde ejus interpretandi genus agnoverit, & quod literæ  
adhæret, & quod χρήμα persequitur, & quod utrumque. Sed verba ipsa egregi  
Doctoris afférre satius est: Ostendimus, ut opinor, auctoritate Scripturæ divinae, ex iis quæ Orig. Homil.  
in Legi scripta sunt, aliquæ penitus refugienda esse & cavenda, ne secundum literam ab Evan-  
gelii Discipulis obseruentur (nempe ea quæ Christum κατὰ χρήμα, alia vero κατὰ λέξιν  
respiciunt, in quibus cavendum omnino est, ne ita inhæreamus literæ, ut latentem figu-  
ram omittamus, tum enim vere litera occidit; de quo genere sic idem in primo capite  
Philocaliz: ἀνὴρ εἰσὶν οὐκέτι τὸ σωματικὸν ιδεῖμον ἔχονται, οὐ εἰ τοῖς εἰχό-  
μοι, οὐ τὸν οἰοντα τὸν φύγειν καὶ τὸ πνεῦμα οὐ γράψει μόνα δι τὸν λόγον. Sed quoniam sunt que-  
dam Scriptura, quæ nihil habent corporeum, ut deinceps ostendimus, animam tantum & spiritum nonnumquam querere oportet. Nempe id sibi vult, Scripturis hujusmodi vel corpo-  
rum nihil inesse, sensum videlicet nullum κατὰ λέξιν, vel si quis insit, levem eum esse,  
momenti nullius, ac pro nihilo ducendum.) quedam vero, ut scripta sunt, obtinenda;  
(ea videlicet quæ mere ad Christum pertinent,) alia autem habere quidem secundum  
literam veritatem sui recipere tamen utiliter & necessario etiam allegoricum sensum. ( ni-  
mirum quæ ad Christum spectant κατὰ λέξιν, ad alia vero κατὰ χρήμα) Triplicem hunc  
sensum distinguere videtur Josephus in Antiquitatum suarum Proæcio, cum Legem  
a Mose sic conscriptam esse docet, τὸ ωρὶ αὐτούσιον τὸν νομοθέτην εἶχεν, τὸ δὲ αὐτού-  
σιον τὸ σημεῖον, δοτε δὲ εἰς ιudeas λέγεται σωματεῖν, ταῦτα ἡγέρεις εἰμανίζονται.  
Hæc quidem enigmatis, uti par est, involvente Legislatore; alia exponentes allegorice cum  
dignitate; quæcumque vero directe proponere utile fuit, ea plane & discrete explicantem. Quo-  
rum omnium caussas privatum exponere sibi Josephus proposuerat.